



I. N. J.

MICULA I.



Otatu dignum est, quod, cum Syrus Eph.

IV, 8. *ܐܘܬܘܬܘܢܐ ܕܘܫܘܘܬܐ ܕܥܘܠܐܘܝܢܐ ܕܥܘܠܐܘܝܢܐ*

authenticum illud *καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνδρώποις, Ἔ dedit dona hominibus*, eleganter exprimat, in Psalmo tamen LXVIII,

19. (unde Apostolus id mutuo sumpsit, aut Spiritus potius Sanctus Psalmographo antehac inspiratum, & ab Ecclesia Vet. Testamenti agnitum ac decantatum in N. T. repetiit ac denuo inspiravit Apostolo) habeatur lectio

ܐܘܬܘܬܘܢܐ ܕܘܫܘܘܬܐ ܕܥܘܠܐܘܝܢܐ *Accepisti dona*, imo & in LXX. virali ver-

sione sic extet: *Ἐλαβες δόματα ἐν ἀνδρώποις.* Num verō

GABRIEL SIONITA in *Praefatione in Psalter. Syr. ab Hottingero Thesaur. Philol. p. 263. laudata*, satis firmiter hinc, quod Psalterium Hebræum, Græcum & Latinum utantur verbo ACCIPIENDI, solum autem Syriacum D. Pauli verbis & consilio respondeat, probet, D. Paulum versione Psalterii Syriaca usum, sicque eam Apostolis antiquiorem esse, fallor, an dubitari possit? Etenim Scriptores Novi Testamenti pro arbitrio Spiritus Sancti, a quo ferebantur, & cujus graphia quasi erant, verba Veteris Testamenti non semper *αὐτολεξεῖ* aut metaphrastice,